



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

92. Reditum in Sinas tenta[n]t.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

sagacitas, arcta, & aspera, & perplexissima initia expedire se atque aperire, contra spem, Deo Duce, in latos gloriofos, latosque exitos; discat cum fiducia in cœpto constanter durare, tenui licet atque diffici, sed ituro sensim in planiora, & amoeniora.

Repetendum quod enarrauimus à nouis Proregibus Præcessorum acta, etiam minima retractari ut norint quæ adhuc pendeant, cûrve sit illorum executio dilata. Eiusmodi fuerat datum Ruggerio diploma, causam eius dilati nouis Prorex ab Aitao querit; hic eius ignarus ex Gubernatore Hianscianensi cui suberat Macaum; Gubernator ex præfectis armorum, & commerciorum Macaensibus Mandarinis, qui notant diploma penes P. Franc. Cabralem esse. Verecundati Mandarini homulum peregrinum apud se habere, quo posset Proregis decedentis imprudens concessio argui; aut si erat æqua, successoris neglectus in eius executione; nihil non mouent ut eius diploma à Cabrali extorqueant: at is melioribus consiliis obfirmatus respondit nemini diploma, nisi tantum Proregi ab Ruggerio datum iri; fuisse Ruggerio pignus gratiæ concessum; æquum esse ut eius vigeret impenetrationem, in quo si pati repulsam contingret, statutum le Proregis arbitrio, redditum ei obsequenter diploma, seseque Macaum receperunt. Mandarini Cabralem ut sentiunt constanter, & iure in eo proposito obstinatum, Ruggerio, & Riccio usque Hianscianum, commatum concedunt, unde usque Quanceum Gubernator illura produceret. At hic modis omnibus, sed fruita expertus diploma iis euellere, indignans, retro ait, Macaum redite, & hoc sultis habete, quod ab calso Prorege vobis neque potest prodesse, nec nobis offere. Erant ambo magnanimi pectoris Ruggerius, & Riccius, ausique lani periculo sanguinis, aut perpetui carcoris, Gubernatore iuncto Quanceum pertendere. Duplex nauolum cum Nauatcho pauci, ostensoque illi Proregis diplomate, sub primam noctem in nauim iubabant, cum vectorum clamore incondito, querelis, minis, & nautarum terrore extruduntur, eiiciuntur in terram eorum sarcinae, coguntur in angustum succedere mapale afflicti, & consiliij inopes; cum iis repente noua spes oritur. Adebat Gubernatori de parentis obitu nuncius ad triennes illius exequias, Magistratu abire compellitur; melius ab illo sperare incipiunt qui esset eius partes obitus quicumque is foret, & verò melius sub illo, et si minimè ab illo fuit. Vafertimum iugenem, quo vtebantur interprete ad eum mittunt secreto nummos ei oblaturum, sed excoxitauit prouidus sycophanta quo illos sibi nullo suo periculo retineret; scripsit ad Aitauum Quanceensem, duos ab se Hiansciani reperitos extraneos, cur, aut cuius permisso nescire, captos tamen ab se custodibus creditos à quibus ad ejus tribunal referentur, ad eum deducti, & supra quam expectauerant comiter accepti, diploma in eius manibus deponunt quo ne explicito quidem, interrogat, ecquid operent quod sit in sua potestate? hic illi paratum libellum porrigit quo signifi

92.
Reditum in
Sinas tentat.

significabant religiosam se vitam sectari , immensis à patria itineribus venisse , vt in regno Sinarum nominatissimo , Regis fidei clientes perpetuo degerent , graues nemini fore , sed in promptu habere vnde aliena liberalitate victitarent ; hoc vnum poscere , sibi de publico tantum vendi quantum ad pōnendam illic domum sat esset , statuendāque sacram ædiculam vbi Deo cœli sua obsequia exhiberent . Legerat Aitaus vultu hilari libellum , cum fronte subito mutara , dolere le ait quod negare illorum meritis cogitur quæ nihilo quān ipsi ardētūs cuperet ; se tanti non esse , vt rem attingeret quæ Gubernatoris Provinciæ spectabat iura ; eius esse suo periculo , externos admittere ; conuenient illum suis prēcibus , sed intelligerent par fore miraculo si ad eas illum infleterent : quod illi tentare dum parant bona cum Aitai venia in palatium diuertunt Sianensium Legatorum , expectaturi venturos ad Nundinas Lusitanos . Paucas horas vix illi hælerant cum datum gratiam Aitaus reuocat ; monet Inspēctorem Provinciæ instare , tantæ aduentu Potestatis , Mandarinos omnes etiam infantes periergere , quād magis Aitam , si regni aditum externis dedisse notaretur : quare suo quamprimum & ipsorum bono Macaum viam maturarent . Et verd fuit quam celerrimè festinandum , cum iam ad portas Hiancia-
ni penderet edictum quo Prorex nostros eorūmque interpretem haud
obscurius petebat quām si nominatim eos appellasset . Carpebat acer-
bē admodum atque indignanter Sinarum aliquos Macaum incolentes , &
patriæ hostes , bonique publici , qui se Sacerdotibus Europæis manci-
passent in Magistros atque interpres , cōsque Sinarum & linguam &
charakterem docuissent ; ausos inde iis de Sacerdotibus aliquos in vrbe
primaria , ius domus , & templi , contra regni leges æternas poscere , qui-
bus perinde ab externis quām ab hostibus cauetur . Quamobrem sceler-
atæ illi , venali , & infidae genti interpres , proditorum indici om-
nes pœnas (quas atrocissimas enumerabat sigillarim) si quid in poste-
rum consilij aut opis Sacerdotibus illis occidentalibus præstarent , aut
effronti eorum audaciæ fauissent , de obtinenda in Sinis habitatione .
Hac edictione cubitalibus prostante literis , concidit animus tum Rucci-
gerio & Riccio , tum Macaensibus quibus ean ipsemet rerulerunt , post
mensis vnius ærumnosum iter , desperatique saltē ad triennium fru-
ctus ; quo Cantoniensis Proregis legitimo tempore stultum erat sperare
abrogatum iri ab eo decretum quod tanto legum & pœnarum fragore
pompāque st̄tuisset , quare ostentum ingens fuit diuinæ in id regnum ,
Patresque bonitatis , vt annorum triginta contentionibus frustra semper
tentatus in illud ingressus , octidio ferè nunquam minus speratus pan-
deretur . Dies abierant vix septem reuersis Macaum Patribus , cum adeſt
nuncius ab aula Sciaochinensi , delecti antea , nunc noui Proregis sa-
telles famulus . solenne diploma Gubernatoris forens quo reuocabantur
illuc Dei cœli Sacerdotes duo Ruggierius & Riccius , sedem illuc sibi sta-
bili domo & sacram ædem cœli Deo fixuti : quibus lætitias , lachrimis ,

92.
Eiicuntur
iterum edi-
to terribili.

93.
Iterum reu-
catur serui
b. ne uoli
opera.

O 3